Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Retrahere a bono

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

Retrahere a bono.

Cauete a fer/
mẽto phariſe/
orũ.q ueniunt
ad uos in pelli
bus ouinis: &
intriſecus ſũt
lupi rapaces.
Ne ęmuleris
uiros malos:
nec deſideres
eẽ cũ eis.qa ra
pinas meditaꝛ
mens eorũ: &
fraudes labia
eoꝝ loquunꝛ.
Noli ęmulari
ut malignerís.
Qm̃ q malig/
nãtur/extermi
nabuntur.

Inde/bonus ſi uult/poſitis bene uiuere mundi
Illecebris:tacita & cui loca ſola placent:
Cõtinuo exclamat ſtultus:damnat quoqꝫ iniquo Sapien. V.
Iuditio iuſtum:cõmaculatqꝫ bonum: Lucę.xii.
Eſſe(ait)ille putat ſapiens ſibi ſolus:amatqꝫ i. Thimo.iiii.
Viuere ſeceſſu:ſingula ſola placent:
In chriſto & ſanctis deſperat:gaudia mundi
Temnit:& hypocriſis hunc maleſana rapit.

Nos ſocios inter uiuemus:& inſuper alti
Math. V. Speramus tandem prȩmia habere poli.
ii.thim.ii. Qui bonus eſſe cupit/chriſtiq; ad regna uenire:
Eccleſ. Vi. Audiet a ſtultis talia multa uiris.
&. Vi. Vir bonus & ſapiens mundi uitare laborat
xx Viii.q.i. Illecebras:anime & noxia damna fugit.
ſepe. Eheu uana nocet modo conuerſatio mundi:
Lucȩ.xxi. Quȩ ducit cunctos ad ſcelus atq; nefas.
ꝓuer.xiiii. Ergo ſi probitas:ſi uirtus:ſi bona uita:
Eccleſiaſt. Non poſſunt in te forſan habere locum:
xxx Vii. At ſaltem iuſtos homines ſeducere noli:
Hie.xxix. Parce bono:uerum qui/ſine/tranſit iter.
Ad coll.iiii

Omiſſio bonorum operum.

Lampades accendunt oleo quicũq; flagranti:
Quiq; tenent rutilo flagrantes igne lucernas.
Dulcia perpetui capient ſolatia regni:
Ianua pandetur ſimul his pulſata repente.

Boetius Eheu prȩcipiti mortalia corda profunda
mat.xxV. Merſa:ſalutarem quȩrite poſco uiam.
Lucȩ. xiii. In tenebris denſis mens eſt humana ſepulta
pſal. Vi. Nullus enim ſuperum tela triſulca timet.
xii.q.i.oīs. Vita malis hominum ſordeſcit conſita rebus:
Ad he.xii. Mergimus & tumido ſautia corda mari.
De cle. nõ Quid prodeſſe tibi poterit/ꝙ feceris olim
reſi. relatũ Sinceras operas/& benefacta quidem?
Lucȩ.xii. Quid tibi thuricremas prodeſt ꝙ ſtruxeris aras:
de renũ.c.i Frugum primitias obtuleriſq; deo?
de eta. & Quid prodeſt iuuenem primos micuiſſe per annos
qua. intel/ In uirtute ſacra:& degeneraſſe ſenem?
leximus. Quid iuuat & fidei ſacrȩ documenta ſequutum:
Math.x. Qui non continuat nec bene facta colit?